

Extraído en: MONTERO DÍAZ, SANTIAGO "Colección diplomática de San Martín de Juvia (977-1199)", El Eco Franciscano (Santiago, 1935), confirmando a doazón de San Vicente de Ferreira e San Paio de Ferreira ao Mosteiro de Xuvia, datado o o 27 de febreiro do 1125

XXX

Xps. In nomini patris et filii et spiritus sancti amen. Ego comes Petrus Froile una cum uxore mea comitissa domina Maior, et filiis, et omni uoce nostra facimus textum scripture firmitatis ob remedium anime nostre, Deo et ecclesie sancti Martini de Juvia in presencia prioris domino Beraldi ceterorumque monachorum ibi Deo militantium, de nostris propriis hereditatibus. Damus atque concedimus eidem ecclesie et monasterio in terra nemitos de ecclesia sancti Marie de Sada<sup>es</sup> iii partes. In terra de Prucios de ecclesia de Pervis<sup>a</sup> iii integram. De ecclesia sancti Petri de Grandale integram. In terra Bisauquis de ecclesia sancti Stephani de Herenes, de medietate ecclesia ipsius quinta, et alia medietate sexta, similiter et laycali hereditate. De ecclesia sancti Jacobi de Francia quarta integra. De ecclesia sancti Jacobi de Barallobre porcionem nostram totam. In Trasancos de ecclesia sancti Marie de Neda, iiiii<sup>a</sup>, de ecclesia sancte Eugenie iiiii<sup>a</sup>, de ecclesia sancti Jacobi de abbate integram, de ecclesia sancti Pelagii de Ferraria integram, de ecclesia sancti Vicentii de Ferraria cum adiuntionibus suis integram, et terciam de Sancto Cosmeto, que fuit ganancie suprascripte ecclesie sancti Vicentii. Has hereditates supra notatas, et in terra de Celtegos unam ecclesiam uidelicet sancti Cosmetis de Antes. Sic donamus et offerimus eidem monasterio ut amplius nunquam, inde abstrahantur sed habeant et possideant eas monachi et serui Dei qui in eodem monasterio regulariter uixerint. Si autem aliquis propinquus uel extraneus diabolica inflatus ueneno contra hoc testamentum nostrum surrexerit uel in iudicio et contempsit mitere uoluerit, amborum careat lumine oculorum et usque in septemam generationem sit maledictus et pro temerario ausu quinque libras purissimi auri exoluat et hec series testamentum firmissimum obtineat robur. Facta in Juvia i. c. lx. iii et quot iii kalendas marcii. Regnante rege domino Adefonso ii<sup>o</sup>. In cathedra uallebriensi Munio dei gratia episcopo. Ego comes Petrus Froyle, Et ego comitissa Maior, uxor ipsius in hac serie testamenti a que in uita et salute nostra scribere mandauimus manus nostras roboramus (Signum). (1<sup>a</sup> columna) Qui presentes fuerunt: Froyla testis, Martinus testis, Johannes testis, Vermundus testis. Pelagius testis. (2.<sup>a</sup> columna) Ouecus Muninci confirmat, Ouecus Gundisaluiz confirmat. Gundisaluus Menendi confirmat, Nunus Eniquis confirmat, Froyla Atanici confirmat. (3.<sup>a</sup> columna) Froila Petri confirmat, Froila Ruderici confirmat, Froila Gimaraz confirmat, Vermudus Primum notuit. (Signum) (4.<sup>a</sup> columna) Domina Munia Froilaci confirmat, Domina Visclauara confirmat, Domina Marina confirmat (Signum), Petrus translatauit de uerissimo testamento uetero.